



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIII. An soli Prædestinati sint in Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

CHRISTVS. Docui, Mat. 18. *Si pec-
cuerit in te frater tuus, i. Vade, corripe eum.
&c.*

2. *Adhibe tecum unum, vel duos; si vos
non aud.*

3. *Dic Ecclesiae:*

4. *Si Eccl. non audierit, sit tibi sicut. &c.
Ecce manere improbos in Ecclesia, do-
nec per huius sententiam excludantur.
2. Mat. 23. de malis Præpositis dixi pa-
rendum dictis eorum, non exemplis.
Mat. 24. de percussore conseruorum;
Dominus diuidet eum, partemque eius cum
hypocritis ponet. Vnde 1. Cor. 5. Auditur
inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes.
&c. Tollatur de medio vestrum. Dictum fa-
ctum. Apoc. 2. & 3. Ecclesiæ ferè singulæ
culpantur à peccatis. Sicut in Lege
semper erant grauissima peccata in po-
pulo. Sic est, eritque. Semper enim habe-
bitis pauperes vobiscum.*

QVÆSTIO XIII.

*An soli Prædestinati sunt in Ec-
clesia?*

XXII. ANTICHRISTIANISMVS.
CALVINVS tria. 1. Prædestinati sunt verè
Fideles, quod fides semel habita, perdi
non possit.

2. Ecclesia à solo Deo cognoscitur.
3. In Externa Ecclesia sunt boni & mali. Vi-
de Lutherico-calu. p. 2. q. 35.

CHRISTVS. I. Ego in isto, Matth.
3. Permundabit Aream suam, & congregabit
triticum. &c. designauit Ecclesiam; in
qua paleæ reprobos significant combu-
rendos, non electos. Item Ecclesiam
dixi, Mat. 13, similem Sagena, ex omni ge-
nere pisium congreganti bonos, & malos. Itē

Matt 22. Coniuio nuptiali, in quo bo-
ni & mali: ideo Multi sunt vocati; pauci ve-
rō eleeti. Item, Mat. 25. Decem virgini-
bus, quarum quinque prudentes, quin-
que fatuæ. Ibid. Oulisi: in quo oues, &
hædi.

2. Meus ille Apostolus, 1. Cor. 5. incœ-
stuosum expulit Ecclesiâ, non tamen
reprobum fecit ex prædestinato, nec id
voluit. Nam, 2. Tim. 2. *In magna domo va-
sa sunt aurea. &c. & fictilia; quædam in glo-
riam, & quadam in contumeliam.*

Erunt autem qui dictis meis abuten-
tur talibus: Ioan. 10. Alias oues habeo, qua
non sunt ex hoc ouili. Et Ioan. 11. Iesus mori-
turus erat pro Gente, ut filios Dei, qui e-
rant dispersi, congregaret. Quasi ideo præ-
destinati essent de Ecclesia, licet de-
gant extra eam. Sic etiam 1. Ioan. 2. *Ex
nobis exierunt; sed non erant ex nobis; nam si
ex nobis fuissent, mansissent viue nobis-
cum, quasi, antequam exissent, non e-
rant ex iustis, sed videbantur solum ef-
fe. &c.*

Sciendum igitur, quosdam dici in
Scriptura oues, filios Dei, mēbra. &c.
secundum prædestinationem potentia, in futurum: alios Actu in præsens, id-
que per inhærentem actualiter ijs iusti-
tiæ merè: Et hoc, veritate aut Formæ,
id est, Charitatis; à qua excidens non
tamen excidit à Fide, seu Ecclesia. Aut
Veritate F.nis, seu permanentiæ, cum
qua assequitur hæreditatem. Ex his
prædicta sinistriæ accepta sanius intelli-
gi distingue debent.

QVÆSTIO XIV.

Ecclesia num sit Visibilis?

XIII.

